



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum sit speciale peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

fuisse, & postmodum abstinere a peccatis non charitate, sed amore virtutis moralis, talis esset apud theologum peccator, & habens maculam furci aut mendacij non tamen esset fur, aut mendax proprie, nec peccator apud philosophum moralem. Nec alienum est a ratione, ut qui philosophiam, theologiamque moralē tradidit, nunc theologum, nunc philosophum morale loquamur, inter propostā dixerit, inter medium enim vniuersum extremum agit.

prudencia acquisita quantum ad habitum: sed tollitur * habitus contrarius, in quo proprie consistit peccatum imprudentiæ.

ARTICVLVS II.

Utrum imprudentia sit speciale peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod imprudentia non sit speciale peccati. Quicumque enim peccat, agit contra rationem rectam, quæ est prudentia: sed imprudentia consistit in hoc, quod aliquis agit contra prudentiam, ut dictum * est: ergo imprudentia non est speciale peccatum.

¶ 2 Præter. Prudentia magis est affinis moralibus actibus, quam sciētia: sed ignorantia, quæ opponitur sciētiæ, ponitur inter generales causas peccati. ergo multo magis imprudentia.

¶ 3 Præter. Peccata contingunt ex hoc, quod virtutum circumstantiæ corrumpuntur. vnde & Dionysius dicit 4. cap. de * diu. nomi. q. malum cōtingit ex singularibus defectibus: sed multa requiruntur ad prudentiam, sicut ratio, intellectus, docilitas &c. quæ supra posita sunt. ergo multa sunt imprudentiæ species. ergo non est speciale peccatum.

SED CONTRA. Imprudentia contraria est prudentiæ, ut dictum * est: sed prudentia est una virtus specialis. ergo imprudentia est unum vitium speciale.

In art. eiuſdem q. 73. dubium occurrit in corpore art. circallid. Prudentia participat quodam modo in omnib. virtutibus, inquitum est directiua earum. Videtur enim hoc esse falsum, cum nec intellectuales virtutes, nec theologales dirigantur a prudentia. Et de intellectu. alius quidem patet 6. Ethic. De theologalibus autem patet ex eo, quod charitas est forma omnium virtutum, dirigens omnes in finem proprium ipsius charitatis. Ad hoc dicitur, q. prudentia licet diuersimode, omnium tamen virtutum actus dirigat, cuius ratio in littera tangitur: quia scilicet in omni actu virtutis, oportet actum rationis aliquem ad prudentiam spectantem, puta, consilium, iudicare, vel prouidere, rectum concurrere: sicut in omni actu iuris, defectum alicuius eorum oportet interuenire. Verum quia actus rationis huiusmodi respectu aliquarum virtutum, puta, moralium, & artis, principantur: respectu autem aliquarum, ut intellectuum reliquarum, & theologalium famulantur, & ministrant: ut medicus sanitati, quemadmodum in 6. Ethico. dicitur: idcirco cum excellentia dictarum virtutum fiat, quod dirigantur a prudentia. Manifesta autem est directio omnium quo ad actus exercitium. Prudentis siquidem est discernere non solum quando speculandum est, & utendum hac, uel illa virtute morali, & intellectuali, sed etiam theologica. Non enim semper est actu elicitio amandus Deus, nec semper actuali assensu succedendum: sed oportet aliis quandoque intendere actualiter, & quærem ab omni actu virtutis eligere quandoque, dum in corpore hoc peregrinamur. Huiusmodi autem vicissitudines nisi prudentia dispenseret, errabimus sæpe, & multa, ad quæ tenemus, omittimus bona simpliciter, vel tempore debito, cum tempus miseris ordinæ occupabimus oratione, vel eonuersio, & tempus audiendi, prouidendi, vigilandi &c. occupabimus contemplatione speculatiua, vel eonuersio, & sic de aliis.

In responsione ad tertium eiusdem articuli. dubium occurrit, quomodo verificatur quod quando corruptio diuersarum circumstantiarum habet idem motuum, non diuersificat species peccati, an scilicet intelligatur de motuo peccantis, an de motuo peccati secundum se, an de utroque. Si namque intelligitur de motuo peccantis, sequeretur, quod cognoscens non suam in Ec-

clesia, non vt in iriam faciat loco sacro, sed ex sola libidine cognoscendi illam ibi oblatam, non esset sacrilegus. Si vero intelligitur de motuo peccati secundum se, sequeretur quod nulla circumstantia vnquam variaret speciem peccati, quia nulla circumstantia habet rationem motui secundum se in peccato. Habere namque rationem motui, est esse obiectum, seu finem. Et nisi circumstantia traheret in rōne obiecti seu finis, nunquam habet rationem motui. Circūstantia autem actus, puta, locus, nunquam transit in obiectum ex parte actus peccati, sed ex parte peccantis, quia illius est circumstantia: istius autem potest esse obiectum. Si autem intelligatur de motuo ex parte virtutis, sequitur idem quod in primo casu: quia nunc locus non habet rationem obiecti respectu actus, illius secundum se, ut patet: nec habet rationem obiecti ex parte peccantis, quia ex sola libidine mulieris mouetur.

RESPON. Dicendum, quod aliquod vitium, vel peccatum potest dici dupliciter. Vno modo absolute, quia scilicet est generale respectu omnium peccatorum: alio modo, quia est generale respectu quorundam vitiorum, quæ sunt species eius. Primo autem modo potest dici aliquod vitium generale dupliciter. Vno modo, per essentiam, quia scilicet prædicatur de omnibus peccatis: & hoc modo imprudentia non est generale peccatum, sicut nec prudentia generalis virtus, cum sint circa actus speciales, scilicet, circa ipsos actus rationis. Alio modo per participationem: & hoc modo imprudentia est generale peccatum. Sicut enim prudentia participatur quodammodo in omnibus virtutibus, in quantum est directiua earum: ita & imprudentia in omnibus vitijs, & peccatis. Nullum enim peccatum potest accidere, nisi sit defectus in aliquo actu rationis dirigentis, quod pertinet ad imprudentiam. Si vero dicatur peccatum generale nō simpliciter, sed secundum aliquod genus, quia scilicet tenet sub se multas species, sic imprudentia est generale peccatum: continet enim sub se diuersas species tripliciter. Vno quidem modo, per oppositum ad diuersas partes subiectiua prudentiæ. Sicut enim distinguitur prudentia in monasticam, quæ est regitiua vniuersi, & in alias species prudentiæ, quæ sunt multitudinis regitiuæ, vt supra habitum * est: ita

Secundum quod dicitur, q. licet prima facie videatur littera loqui de motuo peccantis, quoniam exempla dat de huiusmodi motui, dum dicit, vt faceret iniuriam loco sacro, secundum veritatem tamen loquitur de motuo vniuersaliter, quocumque scilicet modo contingat esse motuum: ita quod sensus est, quod quando est vnum solum motuum, tunc omnium circumstantiarum, scilicet quando, ubi, cur, quid &c. corruptio, vnius est speciei. Quando vero plura sunt motua finis ex parte peccantis. ut cum quis fornicatur, vt furetur, siue ex parte nature ipsius circumstantiæ, quæ nata est habere proprium motuum in aliqua materia, ut patet de speciebus gula secundum circumstantias assignatas in 1. 2. q. 72. artic. 9. vbi hæc doctrina fundatur, distinctio apponitur specifi- ca, & in hoc non est difficultas: sed consistit difficultas in discernendo, quando circumstantia habet proprium motuum, & quando non habet aliud motuum quam motuum actus. Si quis namque diligenter consideret circumstantiam, Quid, animaduertet, quod non sufficit ad hoc, quod circumstantia habeat speciale motuum, illam secundum se opponi alteri virtuti, sed exigitur, quod sit directe intena. Constat enim quod quando quis inducit mulierem ad contentum fornicationis, circumstantiam, Quid, esse ruinam animæ illius mulieris, & tale malum secundum se opponi bono correctionis fraternæ, & pertinere ad scandalum vitium. Et tamen actus requisitus, & inductiuus mulieris, ad fornicationis copulam est in specie fornicationis tantum, nec trahitur ad speciem etiam scandalum, ad quam traheretur, si malum peccati mulieris esset directe intenum. Ex hac eadem radice apparet, quod non sufficit etiam consequi ad principale intenum ex natura actus. Ruina namque mulieris ex natura actus requirentis, & stimulantis eam ad fornicandum, nata est sequi. Et tamen quia fornicatio non intendit, nisi suæ satisfacere voluptati, huiusmodi malum non habet rationem motui, & consequenter nec circumstantiæ ad suam speciem trahentis. Et ex hoc apparet, q. cum sit eadem de omnibus circum-

q. 48. & 50. art. 1.

q. 72. artic. 9.

circum-

circumstantijs ratio, ad hoc q̄ circumstantia trahat actū in suam speciem, exigitur q̄ sit p̄ se intenta a peccate ac per hoc tunc tantum hēt circumstantia propriū motiū, q̄ illud est intentum per se a peccate. Ex altera autē parte apparet oppositum: q̄ si sequeretur, videlicet est, quod committēs adulterium in ecclesia solo appetitū suū satisfaciendū voluptati, non esset sacrilegus, quod omni aures offendit.

In hoc dubio libet esse discipulus, quoniam docere nec me, ne alios noui.

In eadem responsione ad tertium, aduerte, q̄ licet malum consilium, malum iudiciū, & malum præceptum distinguantur specie infra rationis limites, ac per hoc, ut in littera dicitur, defectus conditionum prudentie nō faciunt diuersitatem specificam, nisi secundum horum diuersa em actum, relati tamen hi actus ad materiam vnam, sunt vnus speciei, v. g. consilium, iudiciū, & præceptū de inuita percussione clerici ad vnicam specie sacril. gij spectant, q̄ est motiū ad omnia. Vnde percussio talis, licet multarum sit specierum, si species def. actum rationis connumerāde sunt, quia tñ species rōnis nō addunt in infinitum, ideo nō computantur inter exprimenda de necessitate in cōfessione.

etiam prudentia. Alio modo secundum partes quasi potentiales prudentiæ, quæ sunt virtutes adiunctæ, & accipiuntur secundum diuersos actus rationis. Et hoc modo quantum ad defectum consilij, circa quod est ebullia, est precipitatio, siue temeritas imprudentiæ species. Quantum uero ad defectū iudicij, circa quod sunt synesis, & gnome, est inconsideratio. Quantum uero ad ipsū præceptum, quod est proprius actus prudentiæ, est inconstantia, & negligentia. Tertio modo posunt iungi per oppositum ad ea, quæ requiruntur ad prudentiam, quæ sunt quasi partes integrales prudentie. Sed quia omnia illa ordinantur ad dirigendū predictos tres rationis actus, inde est, quod omnes defectus oppositi reducuntur ad quatuor predictas partes, sicut incautela, & incircumspectio includitur sub inconsideratione. Quod autē aliquis deficiat a docilitate, & memoria, vel ratione, pertinet ad precipitacionem. Imprudencia uero, & defectus intelligentiæ, & solertiæ pertinet ad negligentiam, & inconstantiam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ratio illa pcedit de generalitate, quæ est secundum participationē.

AD SECUNDVM dicendū, quod quia scientia est magis remota a moralibus, quàm prudentia secundum propriam rationē utriusque, inde est, quod ignorantia non habet de se rationem peccati mortalis, sed solum rōnem negligentie præcedentis, uel effectus sequentis: & propter hoc ponitur inter generales causas peccati: sed imprudentia secundum propriam rationem importat vitium morale: & ideo magis potest dici speciale peccatum.

AD TERTIVM dicendū, quod quando corruptio diuersarum circumstantiarum hēt idem motiū, non diuersificatur peccati species: sicut eiusdē speciei est peccatum, ut aliquis accipiat non sua, & ubi non deberet, & q̄n non dēt. Sed si sint diuersa motiua, tunc essent diuersæ species, puta, si vnus acciperet, ubi non deberet, ut faceret iniuriam loco sacro, quod faceret speciem sacrilegij: alius q̄n non debet propter solum superfluum appetitum habendi, quod esset simplex auaritia. Et ideo defectus eorum, quæ requiruntur ad prudentiam, non diuersificant species, nisi quatenus ordinantur ad actus rationis, ut dictum * est.

ARTICVLVS III.

Utrum precipitatio sit peccatum sub imprudentia contentum.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt, q̄ precipitatio non sit

peccatum sub imprudentia contentum. Imprudentia enim opponitur uirtuti prudentiæ: sed precipitatio opponitur dono consilij, dicit enim Greg. * in 2. Moral. q̄ donum consilij datur contra precipitacionem. ergo precipitatio non est peccatum sub imprudentia contentum.

¶ 2 Præ. Precipitatio uidetur ad temeritatem pertinere: temeritas autem præsumptionē importat, quæ pertinet ad superbiam. ergo precipitatio non est uitium sub imprudentia contentum.

¶ 3 Præ. Precipitatio uidetur importare quandam inordinatā festinationem: sed in consiliando non solum contingit esse peccatum per hoc, q̄ aliquis est festinus, sed etiam si sit nimis tardus, ita quod prætereat opportunitas operis, & etiam inordinaciones aliarum circumstantiarum in * 6. Ethic. ergo non magis precipitatio peccatum sub imprudentia contentum est, aut aliqua alia huiusmodi ad inordinaciones consilij pertinentia.

SED CONTRA est, quod dicitur Proterorum tenebrosa, nesciunt ubi corrumpantur uia impietatis pertinent ad imprudentiam, siue precipitari ad imprudentiam.

RESPON. Dicendū, q̄ precipitatio in se, metaphoricè dicitur secundum similitudinem motu acceptam. Dicitur autem precipitacionem corpus motum, quod si impaeruenit secundum impetum quem motus, uel aliquid impellens, non occidendo per gradus. Summum autem aut ratio: inum autem est ipsa operatio peccati. Gradus autem medijs, per quos oportet descendere, sunt memoria præteritorum, presentium, solertiā in considerationibus, ratio cinatio conferens summam litas, per quam aliquis acquirit scientiam per quos quidem gradus aliquis ordinat recte consiliando. Si quis autē fecerit impetum uoluntatis, uel passionis, per quos modi gradibus, erit precipitatio. Causa natio consilij ad imprudentiam pertinet, quia uitiū precipitacionis sub imprudentia.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod precipitatio pertinet ad donum consilij, & ad prudentiam, licet diuersimode, ut supra dicitur, ideo precipitatio utriusque contentum.

AD SECUNDVM dicendū, quod precipitatio temere, quæ ratione non regitur, contingere dupliciter. Vno modo ex cogitatione, uel passionis: alio modo ex cogitatione, uel passionis. Et hoc proprie importat temeritatem, quæ ex ea radice superbiæ prouenit, quæ regulæ alienæ: precipitatio autem est temeritas sub precipitacione contentum, nis precipitatio magis respiciat peccatum.

AD TERTIVM dicendū, q̄ in precipitacione filij multa particularia sunt consideranda. Vnde dicitur in * 6. Ethic. Oportet cōsiliari tarditas superflua, quæ habet quantitatē nem recti consilij.

In corp. ar. & 1. q. 73. art. 9.

In f. ar. 5. co. & q. 127. ar. 1. ad 2. Et m. a. q. 15. art. 4. co.

Super Quæstio. quinquagesimasexta: articulum tertium.

In arti. 3. in responsione ad secundū, nota quid proprie